

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fortitudo d
cum fonte primo

Stultus sicut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur,
non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur.
Vbi enim sapiencia, ibi uirtus, cum ibi constancia et fortitudo.
Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus,
nec ut parvulus fluctuat, ut circumferatur omni uento doctrine,
sed manet perfectus in Christo, fundatus caritate, radicatus fide.

Ambrosius in epistola ad Simplicianum.

Sed multo hoc prius Solomon dixit qui ait:

Stultus sicut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur,
non potestate mutatur, non adtollitur prosperis, non tristibus mergitur.
Ubi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia et fortitudo.
Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus,
nec ut ‘parvulus fluctuat, ut circumferatur omni vento doctrinae’,
sed manet perfectus in Christo, ‘fundatus caritate’, ‘radicatus’ fide.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistulae*, 7.5 (CSEL 82.1, O. Faller ed., p.45, ll.34-41).